

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 4.

4.

Cod. IV.

Cod. IV. III 50

Membraneus. Fol. max. Sac. 10.

1. 4.

Azyonis Summa

Continet summam Azyonis in jure civile. Scriptus  
 est eam quidem sed eleganti charactere, subinde  
 laevis et munitus in rubricas distinctus, multis tum  
 in marginem tum ad oram libri adjectis annotationibus.  
 Manus videtur esse Sac. 10. Reliqua facies haec: Folio  
 primo incipiunt rubricae: "In nomine domini nostri ihesu christi.  
 Infra septem sunt rubricae summe super novem libris codicis  
 ab Azyone felici composite"; in fine folii tertii: "Ex-  
 pliciant rubricae summe composite ab Azyone felici  
 super novem libris codicis". Folio quarto: Incipit  
 epice. Matera ad pandectam sive Joh. Eadem pagina  
 Columna 2da: "Explicunt epice summe extraordinarie".  
 Eiusdem folii pagina aversa: "Incipiunt rubricae summe  
 institutionum a domino Azyone composite"; haec autem tabula  
 in fine mutilata est. Epica summa in codicem octavo  
 pat. fol. 160 et 1/2. et incipit cum proemio ad summam  
 codicis per Dominum Azyonem his verbis: "Cum post  
 inventionem scientia est". In fine hujus summa legi-  
 tur. "Explicunt summa super VIII libris codicis ab Azyone  
 felici composite, deo dicam gratias". Pagina aversa folii  
 161. est brevis commentarius in Legem Gromponii si ne-  
 gotium, et incipit: "Lex ista licet multis difficilis  
 videatur propter confusionem glossularum", sed manus  
 recentior hunc commentarium pagina vacua addidit.  
 Fol. 162. "Incipit materia ad pandectam" his verbis:  
 "In nomine Patris et Filii et spiritus sancti amen; principium  
 omnium rerum est Deus; implet 8 folia, ubi in fi-  
 ne. Explicunt summa extraordinaria". Folio sequenti:  
 "Summa institutionum a Domino Azyone composite"; ini-  
 tium: "Quasi modo geniti pueri vel adulti", quae octavo  
 pat. folia 18 1/2; in fine; "Explicunt Azyonis pruden-  
 tis summa docentis". Denique in ora codicis infima  
 legitur haec subscriptio: "Ego Lainerius huic summe  
 finem imposui anno domini MDCCLXXVII. Septimo decimo.  
 Idibus Septembris. in monte aelio tunc truffetto de pan-  
 gano presente. gratias". — |. hic aliquid deletum, forte  
 Ato | refero 7-p |. propter | ditionem nimiam. | est.  
 Ego Lainerius huic summa finem imposui anno Do-  
 mini 1717. Idibus Septembris in monte madis tunc  
 truffetto de pangano presente. Gratias Ato refero

182

Lainerius

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 5.

Cod. IV.

5.

propter dilectionem nimiam. Eadem recentior manus, quae supra in legem Pomponij Scripsit, etiam hic restantibus & paginis quaedam adiecit, nempe:  
 "Incipit Summa de agricultura et censibus secundum Dominum Pandinum", quae ita incipit: "quum in praefatis Rubricis tituli dictum sit de his ecc." Sed haec Summa, forte ob defectum membranae, incompleta est.

De Azone ita Trithemius: de script. eccles. cap. 427.

"Azō natione Galus est Bononiensi civitate ordinis vitae originem, Joānis Bosiani Cremonensis viri doctissimi quidam auditor, atque discipulus, iuridicus, vilius famosissimus interpres, font legum, copia verborum, Lucerna juris, qui sua Editione et Scientia omnes Juristas, qui eum procefferant, facile praecedit, multa ad jus civile pertinentia operacula edidit, quibus laudem et gloriam immortalē acquisivit." Alii eum ē vivis excessisse aō 1200, alii aō 1290 adhuc vivisse ajunt. Vid. etiam Treher. Theatr. viror. illustr. pag 782. Mich. a. J. Jos. T. I. p. 428. Fabric. Bibl. lat. med. et inf. et. T. I. p. 160. Arisii Cremona lib. Reg. P. I. p. 90. Scripta Azonis juridica Venetiis impressa adducit Cl. Denis in Supplem. ad Maittaire pagg. 260. 402. 498. 499.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=1713](https://manuscripta.at/?ID=1713)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)